



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum timor opponatur fortitudini? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

est aliquod oppositum malum fugiendum . Inde est quòd ratio dicat quædam bona magis esse prosequenda, quàm quædam mala fugienda. Quando ergo appetitus fugit ea quæ ratio dicat esse sustinenda, ne deficiat ab alijs quæ magis prosequi debet : timor inordinatus est, & habet rationem peccati. Quando autem appetitus timendo refugit id quod est secundum rationem fugiendum : tunc appetitus non est inordinatus, nec peccatum.

*l. 2. Ethic.
c. 5. 10. 5.*

Ad primum ergo dicendum , quòd timor communiter dicitur, secundum suam rationem importat uniuersaliter fugam: unde quantum ad hoc non importat rationem boni , vel mali; & similiter est de qualibet alia passione . Et idè Philosophus * dicit, quòd passionibus non sunt laudabiles neque vituperabiles : quia scilicet non laudantur neque vituperantur , qui irascuntur, vel timent, sed qui circa hæc aut ordinatè, aut inordinatè se habent .

Ad secundum dicendum, quòd timor ille, ad quem inducit Apostolus , est conueniens rationi: ut scilicet seruus timeat ne deficiat in obsequijs , quæ domino debet impendere .

Ad tertium dicendum , quòd mala quibus homo resistere non potest , & ex quorum sustinentia nihil boni prouenit homini , ratio dicat esse fugienda : & idè timor talium, non est peccatum .

ARTIC. II.

635

Utrum peccatum timoris opponatur fortitudini ?

*1. 2. q. 23
ar. 5.*

gl. ordin.

Ps. 127.

Eff. Au.

l. 1. q. E-

uang. c.

47. 50. 6.

Ad secundum sic proceditur . Videtur, quòd peccatum timoris non opponatur fortitudini . Fortitudo enim est circa pericula mortis , ut supra * habitum est. Sed peccatum timoris non semper pertinet ad pericula mortis : quia super illud Psal. 127. Beati omnes qui timent Dominum, † Glos. dicit, quòd humanus timor est , quo timemus pati pericula carnis , vel perdere mundi bona. Et super illud Matth. 26. Oravit tertio eundem sermonem, &c. dicit * Glos. quòd triplex est malus timor, scilicet timor mortis, timor

vi.

vilitatis, & timor doloris. Non ergo peccatum timoris opponitur fortitudini.

¶ 2 Præterea, Præcipuum quod commendatur in fortitudine, est, quod ipsa exponit se periculis mortis. Sed quandoque aliquis ex timore seruitutis, vel ignominie exponit se morti: sicut * August. in 1. de Ciuit. Dei narrat de Catone, qui vt non incurreret Cæsaris seruitutem, morti se tradidit. Ergo peccatum timoris non opponitur fortitudini, sed magis habet similitudinem cum ipsa.

¶ 3 Præterea, Omnis desperatio procedit ex aliquo timore. Sed desperatio non opponitur fortitudini, sed magis spei, vt supra habitum * est. Ergo neque peccatum timoris opponitur fortitudini.

S E D contra est, quod † Philosoph. in 2. & 3. Ethic. timiditatem ponit fortitudini oppositam.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut supra dictum * est, omnis timor ex amore procedit: nullus enim timeret, nisi contrarium eius quod amat: amor autem non determinatur ad aliquod genus virtutis, vel vitij. Sed amor ordinatus includitur in qualibet virtute: quilibet enim virtuosus amat proprium bonum virtutis. Amor autem inordinatus includitur in quolibet peccato: ex amore enim inordinato procedit inordinata cupiditas. Vnde similiter inordinatus timor includitur in quolibet peccato: sicut auarus timet amissionem pecunie, intemperatus amissionem voluptatis, & sic de alijs. Sed timor præcipuus est periculi mortis, vt probatur in * 3. Ethic. Et ideo talis timor inordinatio opponitur fortitudini, quæ est circa pericula mortis. Et propter hoc antonomastice dicitur timiditas fortitudini opponi.

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritates illæ loquuntur de timore inordinato communiter sumpto, qui diuersis virtutibus opponi potest.

Ad secundum dicendum, quod actus humani præcipue diiudicantur ex fine, vt ex supra * dictis patet. Ad fortem autem pertinet vt se exponat periculis mortis

D 3

c. 24. f. 5.

q. 20. a. 1.

q. 1. 2. 9.

40. a. 9. 4.

† 1. 7. f. 5.

* q. 19. a.

3. q. 1. 2.

q. 43. a. 7.

1.

1. 3. a. 6.

10. 5.

1. 2. q. 1.

art. 3. q.

q. 18. a. 6.

mortis propter bonum. Sed ille qui se periculis mortis exponit, ut fugiat feruitatem, vel aliquid laboriosum, a timore vincitur: quod est fortitudini contrarium. Vnde Philosoph. * dicit in 3. Ethicor. quod mori fugientem inopiam, vel cupidinem, vel aliquid triste, non est fortis, sed magis timidi. Mollities est enim fugere laboriosa.

e. 7. circa
fn. to. 5.

1. 2. q. 45
art. 2.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra * dictum est, sicut spes est principium audaciæ, ita timor est principium desperationis. Vnde sicut ad fortem qui vitur audacia moderatè, præexigitur spes, ita è conuerso, desperatio ex aliquo timore procedit. Non autem oportet quod qualibet desperatio procedat ex timore quolibet, sed ex eo qui est generis sui. Desperatio autem quæ opponitur spei, ad aliud genus refertur, scilicet ad res diuinas: timor autem qui opponitur fortitudini, pertinet ad pericula mortis. Vnde ratio non sequitur.

ARTIC. III.

Vtrum timor sit peccatum mortale?

636

1. 2. q. 23
art. 1.

1. 2. q. 74
art. 4.

gl or. ib.
ex Isido.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod timor non sit peccatum mortale. Timor enim, ut supra dictum * est, est in irascibili, quæ est pars sensualitatis. Sed in sensualitate est tantum peccatum veniale, ut supra † habitum est. Ergo timor non est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Omne peccatum mortale totaliter cor auertit à Deo. Hoc autem non facit timor: quia super illud iudic. 7. Qui formidolosus est, &c. dicit * gloss. quod timidus est qui primo aspectu ad congressum trepidat, non tamen toto corde terretur, sed reparari, & animari denuò potest. Ergo timor non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Peccatum mortale non solum retrahit à perfectione, sed etiam à præcepto. Sed timor non retrahit à præcepto, sed solum à perfectione: quia super illud Deut. 20. Quis est homo formidolosus, & corde pauido, &c. dicit * gloss. Docet non posse quem-

ibid.